

Zeitschrift: Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum
Herausgeber: Litteris Conradi Orellii et Soc.
Band: - (1751)
Heft: 21

Artikel: A quaedam de Ludovico Hetzero
Autor: Hetzer, Ludwig
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-394692>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 06.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

'ANEKΔOTA QUÆDAM
de
LUDOVICO HETZERO.

Ad
Summe Reverendum ac Celeberrimum Virum
JO. ROD. KIESLINGIUM,
S. Theol. Doct. & Prof. Publ.
in illustri Lipsiens. Academia.

JUre Tuo uteris, Vir Celeberrime! quum a me postulas, ut obscuram ac impeditam de vita, fatis ac doctrina Hominis pro ea ætate impense docti, sed pestilentissimarum opinionum ac libidinum œstro perciti, Historiam nova luce perfundam, atque documentorum fide illustrarem: Quum enim maximam vitæ partem inter nos exegerit, multumque cum piis Ecclesiæ nostræ Doctoribus fuerit versatus, non temere Tibi fuit persuasum, pleniorē ac accuratiorē in hoc rerum genere notitiā ex publicis Ecclesiæ nostræ scriniis & tabulariis esse hauriendam ac erudendam. Æquum igitur censeo, me pro ea facultate, quam mihi Bibliothecæ Canonorum Carolinæ custodia tribuit, Tuæ petitioni locum concedere, & quando in mea potestate non fuerit, ut

ut Tuæ expectationi possim satisfacere, id tamen operam dare, ut cognoscas, nulla negligentiae culpa accidisse, quod Tibi non fuerit satisfactum.

Et primo quidem communi Auctorum nostrorum fide ac consensu traditum est LUDOVICUM HETZERUM, Episcopicella, inclito Turgoiæ oppido, oriundum, primum in pago Vadisvillano ad Lacum Turicensem Sacellani, mox deinde etiam in ipsa Urbe Turicensi Sacerdotis munere esse defunctum. Atque etiam manifestum est, eum in primis fuisse, qui avita Romanorum Superstitione repudiata, Evangelicæ Doctrinæ, noviter e tenebris illucescenti, nomen suum dederit, eamque & ore & calamo propugnaverit: Ejus rei documenta sunt, cum *Libellus*, quem latino Ser-mone *contra usum Imaginum* in Templis conscriptum absque Auctoris nomine jam An. 1523. edidit, qui deinceps in Linguam vernaculam translatus prodiit sub hac inscriptione: **Urtheil Gottes, wie man sich mit den Bildern halten soll.** In cujus priore parte omnia S. Scripturæ loca, quæ Imaginum in cultu divino usum ac religionem oppugnant expenduntur: In altera vero argumenta pro Imaginum usu religioso diluuntur: Tum vero *Senatus Turicensis Decretum*, quod in Actis publicis ad An. MDXXIII. diem Jovis ante Simonis & Judæ feriam relatum legitur, cujus hæc est sententia: *Ludovicum Hetzerum, quod Conradum de Maschwanden Sermonem ad populum habentem publice interpellaverit, ac corripuerit ab omni intentato crimine absolvi: Conradum vero de Maschwanden moneri, ut secundum Senatus Supremi mandatum S. Evangelium & divinas Scripturas populo annuntiet, neque se*

huic salutari Doctrinæ amplius procaciter opponat. Atque etiam ex alio Senatus Decreto An. MDXXIII. publicato constat hunc Conradum de Maschwanden, quod pro concione publica Ludovicum Hetzerum atrocissimis convitiis laceraverit, atque etiam ipsum Senatum Turicensem impio ore proscindere non dubitaverit, in vincula publica fuisse conjectum, donec & ab Ampliss. Senatu & ab Hetzero maledicti veniam impetrasset. An. MDXXV. Ludovicum Hetzerum Augustæ Vindel. commorantem propter turbas seditiose ibi concitatas urbe fuisse ejectum discimus ex Litteris Mich. Humelii Ravenspurgensis ad Thomam Blaurerum datis, quæ ita habent:

Thomæ Blaurero Michaël Humel. S. P. D.

NUmquid non aves scire cur nuper, dum apud vos essem, in URBANUM nostrum RHEGIUM in-
 vectus sit variis convitiis LUD. HETZERUS, rebapti-
 zatorum Sectæ gloriosulus propugnator? Audi, paucis
 edisseram. Locum hunc JOHAN. VI. Ἡ σὰρξ ἐν
 οὐρανῷ ἔστιν, URBANUS pro Suggestu publice tum
 Scripturarum testimoniis, tum efficacissimis rationibus e
 Carolstadianorum manibus fortiter & feliciter extorserat,
 omnibus applaudentibus, quod quum ille seditiose hinc
 inde cavillaretur & reprehenderet apud Sectatores suos,
 evocatus est ab URBANO in publicam arenam & dis-
 putationem; sed quum stato die, ut manum continus
 consereret, non comparuisset, per Senatum Augustanum,
 mox urbe est ejectus & proscriptus, ceu homo seditio-
 sus, impurus & Evangelii hostis. Hinc illi istæ fuere
 lacrimæ, hinc furor & stomachus in Urbanum. Sa-
 luta meis verbis Ambrosium fratrem tuum & Vanni-
 um,

um, communem amicum nostrum. Te Christus servet.
Ravenspurgi ως τὰς 15. Die Nonarum Novembr.
MDXXV.

Hetzerum autem ingenio procaci & ad cavillandum
proclivi fuisse argumento esse possunt, quæ *Amb.
Blaurer* ad *Zwinglium* d. X. Novembr. MDXXV.
in hanc rem scripsit ad hunc modum: . . Saluta
„ *Leonem* tuum nostris verbis, & HETZERUM,
„ si istic est, cui cum hic visus sum nescio quas
„ Scripturæ Sententias parum dextre appositeque
„ tractasse, miror, cur prius me traducere, quam
„ erroris admonere voluerit. Sed de hoc aliàs.
„ Plura non possum: Et tu nunc scio congressum
„ adornas cum Baptistis tuis, qui utinam tam ni-
„ hil officerent Evangelicis studiis garrulitate &
„ pertinacia, quam nihil possunt Scripturis & ve-
„ ritate. Christus per Te etiam hac vice ut ha-
„ ctenus vincat. Ora pro nobis & nostra Eccle-
„ sia, ut liberemur ab incredulis & perversis ho-
„ minibus. Ex Constantia. „

Admodum probabile est Ludovicum Hetzerum
postquam Augusta fuerat proscriptus Constantiam
ac deinde Tigurum repetiisse. Fuisse autem *Hetze-
rum*, ut Clariss. J. JAC. HOTTINGERUS *Hist.
Eccl. Helv.* p. 274. recte notavit, levis & incon-
stantis animi ac ingenii hominem, qui aliquoties
fanaticos suos errores apud Zwinglium, OEc-
lampadium, alios, quasi de iis esset convictus,
serio retractare visus est; quo etiam impetravit,
ut ab his Viris Amicis suis de meliore nota com-
mendaretur. Memorabilis est in hanc rem Præfa-
tio, quam præmisit suæ Translationi Teutonicæ

Libelli *OEcologampadii de Eucharistia*, quæ Turici apud
Froschowerum prodiit sub hoc Titulo: Vom Sa-
crament der Dancksagung. Von dem wahren Ver-
stand der Worten Christi: *DAS IST MEIN LEIB*,
nach der gar alten Lehreren Erklärung. In La-
tein beschrieben durch Job. Ecologampadium, ver-
teutscht durch LVDVIGEN Säger. O Gott!
Erlös die Gefangenen. MDXXVI. 8. In hac
Præfatione palinodiam canit Hetzerus, atque pu-
blice profitetur, se Zwinglio acceptum ferre,
quod de Pædobaptismo nunc rectius sentiat, da-
bo ejus verba, utut paulo prolixiora: „Ich hab
„ auch hie Statt, mich etlicher erdachten Reden
„ ze entschuldigen, die mir von denen ufgelegt
„ worden sind, die kein Fisch können fahen,
„ das Wasser seye dann trueb: Namlich mich
„ unter den Rotterschen, unbillichen Secten der
„ Widertäuffer ze seyn; und haben mich also an
„ ettlichen Orten usgegeben; wie fælschlich aber
„ weist Gott, und vil fromme Christen, daß
„ ich scemlichs nie weder schriftlich noch munt-
„ lich gelehrt hab. Es ist mir auch nie ze Sinn
„ kommen. Gott seye Lob. Aber damit ichs
„ bekenn, so bin ich lauter der Meinung gewe-
„ sen, *Kinder Tauffen seye ganz unrecht*; Darzu hat
„ mich des Bapsts Buch gefuehrt (*Titul. de Cons.*
„ *dist. 4. Cano. Quare &c. per totum*) in welchem
„ ich gelesen hab, daß sie dem eusseren Wasser-
„ Tauff die Seligkeit zugeschriben haben; wel-
„ ches des ainigen Glaubens und des untadelichen
„ Vertrauwens in Christum ist. O wie vil ellen-
„ der betruebter Herzen hat man vilen frommen
„ Muetteren gemacht, die nit anderst vermeynt,
„ dann ire ungetauffte Kindlin werden verdammt,
„ dessen

„ deffen geben ſie mir Zeugnuß. Auch die be-
 „ ſondere Stett der Begræbnuß, da man ſie nit
 „ zu anderen Menſchen begraben hat, zwar al-
 „ lein aus der Urfach, daß ſie Gottes Angeſicht
 „ nit mer ſehen werden. O der Wueterey! So
 „ doch eben als wol ze glauben iſt (ich wills
 „ nit unbefynnt ſchließen) daß ungetouffte Kind-
 „ lin der Chriſten gleich als wol ſelig werden und
 „ ſeyen, als die getaufften; ja was wollts hin-
 „ dern? Derhalben mich diß und andere ſchæd-
 „ liche Aberglauben, die man ohn alle Maß by
 „ dem Tauff gebraucht, dahin gefuehrt wie ob-
 „ gemeldt, und mir den Tauff nit ohn Urfach
 „ argwœnig gemacht hat. Diß iſt auch vil Ge-
 „ lehrten vor mir beſchehen, und mœcht noch
 „ ainem nach mir auch beſchehen. *Des Wider-*
 „ *tauffs halben hab ich ihn nie geruemt, und hat mir*
 „ *von Herzen mißfallen.* Nun aber ſo ich von dem
 „ hochgelehrten, redlichen Knecht Chriſti HVL-
 „ DRYCHEN ZWINGLI, auf den IX. Tag No-
 „ vembris zu Zurich, aines andern berichtet wor-
 „ den bin: So ſteh ich auch derſelbigen Mainung
 „ gern ab, ſo wyt man den Tauff on Zufatz
 „ braucht, als ain Teſtament-Zaichen. Ich hab
 „ auch dozermal wol geſehen, wie die Wider-
 „ tauffer ſo ganz law und ſchriftlos vor Ihm be-
 „ ſtanden ſind, daß es ja ainem ein gros Wun-
 „ der Gottes billich dunckt. Diß zeig ich dar-
 „ um an, Liebſte in dem Herren! mich alſo der
 „ Unbill ze entſchlagen, die mir unrechtlich uf-
 „ getrochen wird. Wolan im Namen Gottes,
 „ es geſchicht aller Welt: Und billich ſo ſollt
 „ ain jeder an ihm ſelbs erlernen was Nachreden
 „ were. So es aber vilen Frommen und Gler-

„ ten geschicht, so will ichs gern mit ihnen ge-
 „ mein haben. Geben ze Zurich.
 „ MDXXVI. „ Egregium hæc verba quoque exhi-
 bent testimonium de Zwinglii adversus Catabaptistas
 victoria plane non dubia. An. MDXXVII. *Ludovicus*
HETZERUS cum *Jo. Denckio*, fanaticorum prin-
 cipe, Argentorati, WORMATIÆ ac in finitimis
 agebat locis: Et memorant Historiæ Anabaptisti-
 cæ Scriptores hos Duumviros *Jacobum Kautzium*,
 Ecclesiæ WORMATIENSIS Ministrum in Anabaptis-
 mum pertraxisse; sic ut Conclusiones de Anaba-
 ptismo ederet, de quibus disputare præsumserit:
 Quas autem publico Scripto Ecclesiæ ARGENTINEN-
 SIS Ministri confutarunt, cujus Epigraphe hujus-
 modi est: *Getreue Warnung der Prediger des*
Evangelii zu Straßburg über die Artikel, so
Jacob Kautz/ Prediger zu Wormbs kürzlich hat
lassen ausgahn, die Frucht der H. Schrift und
Gottes Worts, den Kinder-Tauff, und die Er-
lösung unsers Herren Jesu Christi, samt andern,
darinn sich Hans Dencken u. a. Widertäufer
schwebre Irrthum erregen, betreffend. In fine
 adjecta est hæc nota: *Straßburg am andern Tag*
Julii MDXXVII. In hoc Scripto dehortatorio
Johannes Denckius passim ac disertis verbis *Kautzii*
 in Anabaptismum aliosque Errores prolapsi *Præ-*
ceptor appellatur; quod de *Ludovico Hetzero* nonni-
 si dubitanter & quasi per suspicionem asseritur:
 Sic pag. 4. ad *Kautzii* Præfat. Artic. hæc habentur:
 „ So er dann nun vermeynt durch synen genann-
 „ ten Schulmeister *Hans Dencken*, ich weys nicht
 „ ob auch *Hetzern*, erlernt ze haben, dass unser
 „ und syne Lehr, wie er sy noch vor kleiner
 „ Zyt gefuehrt hat, aus dem Teuffel entspriessse,
 „ were

„ were ihm je bas angestanden, er hette uns in
 „ sonderheit durch Schrift verwarnet. „ Atque
 etiam ipse hic Libellus insigne testimonium exhibet,
 quam inconstantis animi fuerit *Lud. Hetzerus* in publica
 Doctrinæ fidei professione sol. C. VII. b. „ Dife Art und Eigenschaft haben wir
 „ an Hans Dencken u. a. Widertæuffern gemein-
 „ lich erfunden. *Ludwig Hetzer* wollt by uns,
 „ wiewol er vor zu Zyrch sich anders erzeygt
 „ hat, kein Widertæuffer syn: Schalt *Michel*
 „ *Sattler*, nachdem er mit ihm Gespräch gehalten,
 „ einen lystigen, bösen Lauren; von dem
 „ wir bessers hofften: Lobet Gott, das wir den
 „ Tauff fry lieffen: Sagt, so von andern in der
 „ Sach, wie von uns, gehandelt were, sollt diser
 „ Irrthum nit so wyt kommen syn. Hernach
 „ hat er sich *Denckens* angenommen, wollt
 „ aber nit veriehen, das er seiner Lehr anhengig
 „ were. Ist nun ein anders um ihn, werden
 „ wirs wol innen werden, dann so sagt man
 „ meer. „ Quamquam vero pernegabat, se cum
 Anabaptistis facere, aut in omnibus vel *Sattleri*
 vel *Denckii* doctrinam probare, (admodum enim
 probabile est, *Hetzerum* jam mature multo gravi-
 ores & proprios circa primaria Doctrinæ Chri-
 stianæ dogmata errores animo fovisse) in univer-
 sum tamen omnium fanaticorum patrocinium sus-
 cepit, quoniam facile prævidebat, sibi commu-
 nem aliquando sortem cum his futuram, nisi mi-
 tiora in hac caussa consilia hominibus inspirari pos-
 sint. Hinc jam olim dubitabatur, annon ipse
 quoque *Hetzerus* Historiam funesti Supplicii *Michaelis*
Sattleri, qui Rotenburgi vivicomburio pun-
 nitus est, conscripserit: Sic in hoc ipso Minis-
 rum

rum Argentin. Scripto fol. C. VI. legitur: „Wie
 „ feyn steht es dem L. an, er sey *Ludwig Hetzer*,
 „ oder ein anderer L. der die Historie *Michael*
 „ *Sattlers* beschriben hat, das er im End dessel-
 „ bigen Buechlins setzet: *Das hab ich L. alles selber*
 „ *gehört und gesehen, verjehe auch von ihm ritterlich*
 „ *zu zeugen*: Und druckt doch sinen Namen nit
 „ aus, das man wißt wer er sye, *Ludwig Hetzer*,
 „ oder *Lienhart Metzger*.„ Quamquam, ut hoc
 ἐν παρόδῳ tantum moneam, quicumque fuerit, qui
 Sattleri Historiam confecit, ejusque patrocinium
 suscepit, nihil in hac causa egerit, quod non
 ipsis Ministris Argentinensibus fuerit summopere
 probandum, utpote qui in ipso hoc libello supra fol.
 C. III. a. Sattlerum in genuinis Christi Martyribus
 adnumerare non sunt veriti: Verba illorum hæc
 sunt: „Wir achten aber doch, das Gott auch
 „ uß den synen in solch Irrtum kommen laß,
 „ als wir nicht zweyßlen *Michel Sattler*, der zu Ro-
 „ tenburg verbrant ist, sey ein lieber Frynd Got-
 „ tes, wiewol er ein Fyrnemer im Tauff-Orden
 „ gewesen, doch vil geschickter und ehrbarer
 „ dann etliche andere. Auch hat er vom Tauff
 „ geantwortet, das man sicht, das er allein
 „ den Kinder-Tauff verworffen hat, durch den
 „ man vermeynt selig zu werden; dann er sol
 „ den Artickel, wie ein gedruckt Buechlin von
 „ ihm usgangen meldet, damit bewehrt haben,
 „ das der Glaub allein selig mache. Darzu hat
 „ er gebetten um Bericht us biblischer Schrifft,
 „ und sich erbotten den anzenemmen. Darum
 „ wir nicht zweyßlen, er sey ein Marterer Christi.
 „ S. Cyprianus, also auch Tertullianus und vil
 „ andere sind auch heilig Marterer von jedermann
 „ je

„ je und je gehalten worden, und haben noch
 „ dennoch auch schwere Irrungen gehebt. Doch
 „ der Erlöfung Christi Jesu halb, daran es alles
 „ ligt, haben wir kein solich Irrtum bey disem
 „ Michel Sattler, als dem Dencken gefunden. „
 Sed redeamus ad *Lud. Hetzerum*, qui si testimonio
Hans Schlaffer fides adhibenda est, An. MDXXVIII.
 cum *Denckio* Norimbergam excurrit. Hoc de-
 mum tempore fama de impio *Hetzeri Libro* in
Christi Divinitatem percrebuit: De quo ad *Ambros.*
Blaarer Ministrum Domini apud *Eßlingam* Frater
 ejus germanus *Thomas Blaurer* ex *Constantia* d. IX.
 Decemb. MDXXXI. hæc scripsit: Tenes quid
 HETZERUS jam olim in hac *Quæstione* (de Christi
 Divinitate) clanculum lucubrarit; His autem tam
 iniquis & vanis exordiis, quod facile totus Christianis-
 mus expungetur. Christum ipse oro ut incolume conser-
 vet hoc regnum suum, suamque potentiam & auctori-
 tatem. Iterum vale. Et *Urbanus Rhegius* ad *Amb.*
Blaurerum ex *Augusta Vindel.* d. XXII. Januarii
 MDXXVIII. [quam epistolam leviter citat *Vir*
Cl. J. Jac. Hottingerus *Hist. Eccl. Helv. Part. III.*
p. 498.] hæc scribit: *Hetzerum* ajunt contra *Chri-*
sti Divinitatem scripsisse abominandas impietates. Quæ-
 so Frater eradica plantationem hanc pestilentissimam, ne
 dent hæc contagia labem. Præfagiit animus meus jam
 olim, HETZERUM fatali nomine sic vocatum, nihil
 aliud quam certam Ecclesiæ perniciem moliri. Non erat
 tum temporis, ut scriberetur lætius. Vale Frater opti-
 me. Memorat *V. Cl. Henr. Ottius* *Hist. Anab.* ad
 An. 1529. §. 4. Deitatem Christi ex illo hominum ge-
 nere *Hetzerus* primus impugnavit Libro scripto, quem
 suppressit *Zwinglius*. Rectissime observat *Ottius*
Hetzeri impium Librum scriptum tantum fuisse,
 non

non verò typis exscriptum; quod vero subjicie eundem fuisse a b. Zwinglio suppressum, id ita accipio, quod ejus consilio & auctoritate factum fuerit, ne Tiguri aut Basileæ typis exscriberetur unquam: Librum enim Manuscriptum in *Ambrosii Blaureri* manus deinceps [quo fato obscurum est, nisi forte ab ipso Zwinglio cum eo fuerit communicatus] fuisse translatum, in cujus Bibliotheca An. MDLII. adhuc extiterit, fidem faciet hæc Epistola: (*)

Præstanti pietate, doctrinaque Viro,
D. OSWALDO MYCONIO,
Basiliensis Ecclesiæ Antistiti longe vigilantissimo, Venerando suo, charissimoque in Christo Fratri.

S.

TU vero grato mihi longe gratius fecisti, mi venerande charissimeque Frater! quod incomparabilem Hippocratem vestrum, qui sua ipsius humanitate simul ac eruditione facile se omnibus commendat, tuis nihiloscius amantissimis litteris commendare mihi volueris, sic enim duplici nomine, hoc est, & illius conspectu, quem de facie non noveram antea, tametsi nomen esset notissimum, & diu jam desideratis litteris tuis, una eademque hora, mirifice sum exhilaratus. Atque utinam esset, quo vicissim vos exhilarare, vestraeque expectationi, quod unice profecto cupiebam, respondere licuisset. Invenit apud me Clarissimus

Medicus

(*) Hanc quoque Epistolam citat Vir Cl. J. JAC. HOTTINGERUS Hist. Eccl. Helv. Part. III. p. 498. ad marginem: Sed citat tantum.

Medicus libellos duos HETZERO auctore conscriptos, quibus *Fuccarus* ille Bibliothecam, quam tantis sumptibus meditatur, ornatam cupit. Et alterius quidem describendi potestatem haud gravate feci, quod crassiores habeat errores, quam qui cuiquam paullo cordatiori imponere facile possint. Alterum vero libere, sed tamen cum bona viri gratia, quod debui sane, negavi. Sic etenim non resipit solum pestilentissimum ac plus quam blasphemum Arrii dogma, verumetiam ita totum spiritum ipsius refert, ut si cui Pythagorica illa μέλει ψύχῳσι placeat, omnino dicturus sit, cunctum hujus animum in HETZERUM immigrasse. Præstabit igitur, ac multo præstabit, sepultum adeoque prorsus extinctum esse hoc, dulce quidem, sed præsentissimum venenum, quam tanto multorum periculo, diutius alicubi servari. Quin etiam auctor ipse magna injuria afficeretur, qui jam ob enormia nonnulla flagitia sua extremo supplicio plectendus, quam potuit obnixe rogavit, ut quoad ejus fieri posset, caveretur, ne unquam uspiam scripta quædam sua in publicum exirent, atque inter illa suum *de Christo libellum* disertis verbis numeravit. Nihil est igitur, quod *Fuccarus* mihi succenseat, si illum non accipit, nec fraudi istuc Bibliothecæ suæ fuerit, si eo libro, qui nusquam sit, ipsa quoque careat. Nam extra exemplum, quod mecum habeo, nullum aliud usquam extare certis adductis rationibus, lubenter mihi persuadeo, curabo vero, ut apud me quoque tantisper etiamnum, nec diutius maneat, quam dum denuo relectus, mox rapacibus flammis injiciatur.

Quo

Quo minus pro dignitate D. D. tractare potuerimus, & fecit præter alia, quod opinione citius hinc discedere omnibus modis voluit, non passus ullas sibi remoras objicere: alioqui, si non, quantum ipse meretur, nonnihil tamen humanitatis & officiorum, ut nostra tulisset tenuitas, in eum collocassemus. Bene vale, mi colende, charissimeque Frater! cum tota tua domo, quam meis verbis diligenter saluta. Salveat multum reverenter sanctum illud pectus, & doctissimus Vir *Sulcerus*, cum ceteris ministris tuis in opere Domini. Commendo me sacrarum precationum vestrarum apud gratiæ thronum patrocínio, quo in temporum istorum ineluctabilibus propemodum difficultatibus, pie securis & expeditis nobis esse, Christi Beneficio, liceat, utque omnia ista, quibus mundus concutitur, atrocia mala, stimulos nobis nostrisque Ecclesiis, ad tempestivam resipiscentiam feliciter addant. Bielis, pridie Calend. Octobris 1552.

T.

Ambrosius Blaurerus.

Ad *Sulcerum* temporis spatio exclusus, nihil nunc potui, proximo nuncio scripturus litteras. Ipsius sero sunt redditæ.

Denique quod ad infelicem vitæ exitum adtinet, jungam hic *Joannis Zwickii* ad *Ambr. Blaurerum* narrationem, quam Vir Cl. *J. Jac. Hottingerus* Hist. Eccl. Helv. Part. III. ad An. 1529. p. 499. leviter quoque indicat; Ea ita habet:

Der

DEr allmächtige Gott sey mit euch allen. Amen.

Lieber Meister Ambrosi! Wisset, das man auf den 4. Febr. den HETZER gericht hat mit dem Schwert; Davon wär euch vil zu schriben, wann ich der weyl hätte. Am 3. Febr. stellte man ihn fyr, und offnet ihm das Urthel: Und find unser vil gute Gefellen denselbigen Tag bey ihm gewesen, desgleichen die ganze Nacht bis morndriges Tages, da man ihn enthauptete, unter denen sonderlich gewesen ist üwer Bruder *Thomas*, mit dem er vil Gespräch gehabt hat. Er hat sich eben wol und geschicklich gehalten, Gott hab Lob um seinetwillen. Er hatte gar kein Lust zu disputieren: Der Helfer fragt ihn einmahl von CHRISTO, da gab er kurzen Bescheid. Auch fragt ich ihn einmahl, ob er nicht glaubte, das wir hetten Vergebung der Synden durch das Bluot Christi? Da gab er eine seltsame Antwort, was das Bluot Christi were? Und bat uns wir soltens kurz machen: Das thaten wir, also das weder er mit uns, noch wir mit ihm nichts, oder ganz wenig contendiert haben, und ich merckte ihm an, das er anders zu schaffen hatte, und ihn wahrlich Gott sonst trib mit allerley Anfechtung seiner Synd; darum redte ich aufs allerwenigst mit ihm. Er war aber sonst frölich, wie einer frölich kan syn der weiß wann er sterben mus. *Sixt* war auch by ihm, und *Johann von Ulm*, und *Matthaus*, und andere mehr: Das Styble war voll, und sangen die ganze Nacht Psalmen; dann er sucht selbit was ihm möglich war, damit er etliche Anfechtung überwunde. Schwer schwer Anfechtungen hat er gehabt

Tom. VI. H

habt der *Reglinger* halben, darnach auch der *Ap-
pelen* halben: Er ist auch gar nicht fantastisch ge-
wesen, wie vil Teuffer. So hat er auch uns al-
len treulich als seinen lieben Bruederen zugespro-
chen. Am Morgen muſten wir all mit ihm bet-
ten, und war das Styble ganz voll: Da bettet er
zu Gott mit ſolchem Ernst, desgleichen ich nicht
gesehen noch gehoert hab. Demnach that er ein
Vermahnung an uns Predicanten, und miſcht da-
rein ein kurtz Wort vom Kinder-Tauff, daſs man
den nicht zwingen, als muete man die Kinder tauf-
fen oder nicht, ſonder daſs mans ihnen doch frey
lieſs. Also ſagt er auch von etlich anderen Pun-
cten, doch wenigen, und mit ganz vermengten
Worten; und dermaſſen, daſs ihn niemand hat
darumb koennen ſchelten. Wollte Gott wir het-
tens gedruckt was er mit uns geredet. O es iſt
gut disputieren von vilen Dingen, diewyl wir
ſonſt niht vil zu ſchaffen haben; aber wanns dahin
kommt, daſs uns der Tod ſo nahe iſt, ſo iſt alles
disputieren aus; darumb er auch geſagt: Sollte
ihm Gott davon geholffen haben, ſo wollte er je
laenger je ſtiller gewandelt haben: Also lehrt uns
Gott disputieren und zancken. Vor dem Rath-
haus, als man ihn ausfuehren wollt, that er eine
feine Vermahnung an den Rath, und redt, daſs
ſie ihrem Amt treulich nachkommind, und ſon-
derlich, daſs ſie die Gefangnen nicht ſo troſſlos
lieſſend ligen. Am Obermarckt that er auch eine
feine Vermahnung, wie Coſtenz das Wort Gottes
nicht allein ſolle im Mund haben, ſondern auch
im Leben: That darbey ein ernſtlich Gebett, daſs
vil

vil Menschen mit ihm weynten: Und in allem ganzen Ausfuehren war er ganz trostlich und unerschrocken. In dem Ring bat er alle Menschen mit ihm zu bitten: Kniet jedermann nieder, und sprach er mit lauter Stimm und unerschrocknem Herzen den XXV. Psalm: *Ad Te, Domine! levavi. &c.* Und sprach ihm jedermann nach mit grossem Ernst und Weynen: Nach dem sprach er das *Vater unser*, und schloß sein Gebett *durch JESUM CHRISTUM den Heyland der Welt durch sein Bluot.* Demnach zoch ihn der Nachrichter ab, und als er jezund angeryßt war, stuond er aufrecht und sprach: O mein Gott wie solls mir gehen! Einer sagt: Ei Gott wird dich nicht verlassen. Darauf sagt er: Das Fleisch ist wahrlich schwach. Aber bald darauf sprach er: Wolan das ist mir in Gottes Namen: Kniet dapfer nieder und huob dapfer, bis er gericht ward. Summa er ist geschickter gewesen, dann ich ihms vertraut hette: Item der nicht gewyßt, daß er der Hetzer gewesen und ein Teufel, der hette ihm nichts können anmerken: Item herrlicheren und mannlicheren Tod ist in Costanz nie gesehen worden, und vil vil der Widerparthey war zugegen, meinten er werd sich villeicht unserer Lehre halb und wider die Predicanten haben angenommen, aber nicht ein Wort: Wir find all bey ihm gewesen bis an sein End: Und der allmechtig ewig Gott wolle mir und allen Dieneren seines Worts solche Gnad geben zu der Zeit, da er uns auch will heimfuehren. Amen. Datum d. 6. Febr. 1529.

Suin tuus

Joh. Zwick.

Hujus Epistolæ fide jam Clariss. *Hottingerus* notavit illustris *Seckendorffii* errorem, a Te quoque repetitum, qui in *Hist. Luth.* II. 144. perhibet *Hetzerum* d. 4. Febr. fuisse Constantiæ exultum. Cæterum ex ipsa quoque hac Epistola patet, supplicii de eo sumti causas fuisse non tam Hæresin, quam crimen adulterii, duæ enim memorantur mulieres cum quibus maxime rem habuisse videri possit: Ut adeo male rei suæ consuluisse censendi sint, qui *Hetzerum* in *Martyrologio Harlem.* p. 28. inter Martyres referre non dubitarunt.

Habes hic, Vir Celeberrime ac Amicissime! quæ de *Lud. Hetzero*, ad illustrandam ejus Historiam hætenus congeffi, ex quibus Tu, vel me tacente, intelliges, quam difficile sit hominis adeo fluctuantis animi veram de capitalibus Doctrinæ Evangelicæ veritatibus Sententiam cognoscere, inprimis quum præcipuus ejus de Divinitate Christi Liber dudum fuerit abolitus. Vidimus supra *Lud. Hetzerum*, quamvis *Joanni Denckio* individuum se adjunxerit comitem, ejusque causæ mirifice fuerit addictus, nihilominus tamen constanter pernegasse, se cum eo in doctrina conspirare aut ejus ὁμοψυχον seu Sectarium haberi velle: Quæ autem fuerit *Denckii* doctrina carptim exponunt Ministri Argentinenses statim in fronte Libri supra cit. his verbis: „ So wir dann durch die gewisse „ Schrift und den H. Geist versichert sind, daß „ nit schædlicher Lehre mag uskommen, dann „ mit der leider *Hans Denck* sich behafftet in „ Schrift, und bei uns mit Worten auch erzeigt „ hat, nemlich: Die die Fromkeit und Seligkeit „ nit Christo allein, sondern unsern Werken „ und

„ und freyem Willen zugibt: Christum für ei-
 „ nen Vorgenger und Exempel, und nicht eini-
 „ gen Genugthuer, der alles guts in uns allein
 „ wirket, haltet und fergibt: Will an die Schrifft,
 „ die doch alles guts lehret, nit gebunden syn:
 „ Auch den Christen kein Oberkeit, nach der
 „ Ordnung Gottes, die das Schwert brauchet,
 „ zulassen: Und demnach so sie also vil heilige
 „ erwehlte Glider Christi vom Reich Christi ver-
 „ stoßet, thuet sie dann einsmahl den Himmel
 „ wideruf Teuffen und allen Verdammten, die
 „ sie fergibt zuletzt selig werden, damit die far-
 „ lässigen desterweniger Sorg haben Christum
 „ anzunehmen. „ Quoad jam autem & in qui-
 bus capitibus *Hetzerus* a *Denckio* dissidium fece-
 rit, non admodum proclive est dicere: In Arti-
 culo de Christi æterna Divinitate *Hetzerum* longi-
 us processisse, & ab pia Christianorum fide tur-
 pius aberrasse, fidem facit Carmen ejus a *Sebast.*
Frankio citatum p. CXXXIX.

*Ich bin allein der einig Gott,
 Der ohn Gehylff alle Ding beschaffen hat:
 Fragstu wie vil myner sey?
 Ich bins allein, myner sind nit drey.
 Sag ouch darby on allen Wohn,
 Daß ich glatt nit weiß von keiner Person. &c.*

Ex quo itidem & hoc colligo, non satis accura-
 te ac definite locutum esse *Jo. Zuiccium*, quum
 eum *Arrianis* adnumerat. Quod autem maxime
 me in ea confirmat Sententia *Lud. Hetzerum* ex
 illis fuisse, quos *Melanchton* in I. Aug. Confessio-
 nis Articulo *Neotericorum Samosetanianorum* stigmatem
 notavit, exhibet *Melanchtonis* Epistola ad *Henri-*

cum Saxon. Ducem, quæ extat Tom. IV. Opp. Lutheri Jenens. ubi de Colloquio Marburgensi hæc memorat: *Postquam Dominus Martinus Lutherus venit, Landgravius serio mandavit, ut D. M. Lutherus cum OEcolampadio solo, & Zwinglius cum Philippo etiam solo colloqueretur. Juxta hoc mandatum hi una contulerunt: Ac D. Lutherus OEcolampadio Articulos multos proposuit, de quibus partim non recte sensisset ac scripsisset, partim occasionem rumoribus præbuisset, ut plures inde & majores errores secuturos esse metuatur. De talibus articulis Philippus cum Zwinglio etiam egit, hisce videlicet: Zwinglium non recte scripsisse de morbo Originis, quod non sit peccatum, & quod Baptismus ad id non prosit, ut peccatum Originis infantibus remittatur. Item de Cæna Domini, quod corpus & sanguis Christi non vere sint in Sacramento. Item de usu verbi & Sacramentorum. &c. . . . Fertur item quosdam illorum non recte sentire de Divinitate Christi. Ad hæc Zwinglius respondit: Primum de Divinitate Christi se semper sensisse & adhuc sentire, Christum verum Deum & hominem esse: & alioquin de toto articulo Trinitatis se sentire, sicut Synodus Nicæna docuerit. Nec ad se pertinere, si qui in superiori Germania incommode locuti sint. Indicabat etiam NB. HETZERUM Anabaptistam, qui Constantiæ supplicio affectus est, contra Divinitatem Christi Librum scripsisse, quem ipse (Zwinglius) oppresserit, ne in lucem prodiret. Objectionem autem illam, quam Philippus in privato cum Zwinglio colloquio his verbis fecerat: Fertur item quosdam illorum non recte sentire de Divinitate Christi, non spectasse neque Tigurinos, neque Basileenses, manifestum est ex alia Philippi Epistola ad Electorem Saxoniae circa idem tempus scripta, qua hæc ipsa privata Lu-
theri*

theri & Philippi cum Zuinglio & OEccolampadio Colloquia enarrat; ubi eundem Sensum apertius his declarat verbis: *Tertio. Rumor increbuit de Argentinensibus, quod de Trinitate non recte sentiant, qua de re etiam Sententiam ipsorum scire desiderabamus. Accepimus enim plerosque ipsorum non aliter, quam Judæos de Divinitate loqui, quasi Christus non sit natura Deus.*

Plura non addo; Esto hac vice hoc Centone contentus. Vale, Vir Celeberrime! & ama

Tuum

Breitingerum.

P. S. Non est silentio prætermittendum, quod præcipuum momentum habere potest inter argumenta, quibus LUD. HETZERUM emendatæ primum Doctrinæ Evangelicæ impense favisse atque circa Eucharistiæ mysterium cum nostris recte sensisse, fidem facimus, quod nimirum Acta solemnis Disputationis Tiguri ad d. 26. 27. & 28. Octobris MDXXIII. habitæ a se calamo excerpta & litteris consignata cum luculenta sua Præfatione, quæ divini Verbi invictam semper virtutem magnifice deprædicat, edenda curaverit. In hac Præfatione de opera a se præstita hæc habet: „By solicher Handlung bin ich gessen, und hab da
„ flyssig zugehöert, was von einem jeden darwider gesagt und opponiert; Item was von andern, darzu bestellt, geantwortet wurde: Das
„ selbig hab ich zum theil in der Rath-Stuben ufgeschriben, darnach mit Flyss an miner Her-

H 4

„ berg

„ berg widerum geæferet. So mir etwas entfalten (wie dann geschicht) hab ich andre gefragt, damit ich niemand Unrecht thæte. „ Profite-
 tur deinde etiam se multum fuisse in hac opera ad-
 jutum a carissimo in Christo Fratre Georgio Bin-
 dero. De sua autem fide hæc addit: „ Obglych
 „ vil schelten werden, wie ich dem zevil, disem
 „ ze wenig, da us Gunst, dort zu Hafs geschri-
 „ ben habe. Bezeug ich mich uf menniglichen
 „ so zugegen warend, deren ob DCCCC. gewe-
 „ sen. Darzu hab ich allweg min geschriben
 „ Exemplar vor dem Ehrsam. Rath und Gelehrten
 „ gelesen und hoeren lassen, so von einem Wyfen
 „ Rath darzu gewidmet und geordnet waren. „
 Atqui etiam ex iis, quæ supra dicta sunt, manife-
 stum esse arbitror, LUD. HETZERUM orthodo-
 xam de S. C. Sententiam non tantum fuisse amplexum,
 sed aliquando etiam acrius & importunius,
 non sine aliorum, qui secus sentiebant, insectatio-
 ne, atque etiam cum periculo suo, propugnasse:
 Non enim alia videtur fuisse ratio, ob quam Au-
 gusta Vindel. quondam publice fuerit ejectus, Ur-
 bano Rhegio Senatum Augustanum instigante ac
 urgente. Cæterum de ratione Propheticae ejus In-
 terpretationis res est altioris indaginis & peculiari
 commentatione non indigna. Idem quoque com-
 posuit Carmina quædam sacra, quorum nonnulla
 exhibentur in Collectione Psalmorum & Carmi-
 num sacrorum, sub exitum Seculi XVI. Turici pri-
 mum edita: Ut sunt pag. XLIII. Psalmus XXXVII.
Erzærn dich nicht, o frommer Christ! &c. Item
 pag. CCCXLIX. *Soltu by Gott die Wohnung han,*
 und

*und sinen Himmel erben. Sc. Cujus Cantici ultima
Strophe memorabilis est:*

*Ja spricht die Welt: Es ist nicht noth, daß ich
mit Christo lyde:*

*Er litt doch selbs fyr mich den Tod, nun zech
ich uf sin Kryde.*

*Er zalt fyr mich: Dasselb gloub ich: Hiemit ist
usgerichtet.*

*O Bruder min! Es ist ein Schyn: Der Tyfel hats
erdichtet.*

Item pag. CCCLXXXII. Canticum in verba Pauli
Apostoli Rom. V. *Gedult solt han, uf Gottes Bahn,
Wiltu sin Kunst recht lernen. Sc. Unde cognosci-
mus pios Majores nostros in parandis ac feligendis
publicæ devotionis Subsidiis magis spectasse quid
dictum sit, quam a quo dictum fuerit.*

